

*Discessit ab eo lepra, et mundatus est.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum 1, 40-45

In illo témpore:

- <sup>40</sup> Venit ad Iesum leprósus  
déprecans eum et genu flectens  
et dicens ei:  
«Si vis, potes me mundáre».
- <sup>41</sup> Et misértus exténdens manum suam tétigit eum  
et ait illi:  
«Volo, mundáre!»;
- <sup>42</sup> et statim discéssit ab eo lepra,  
et mundátus est.
- <sup>43</sup> Et infrémuit in eum statímque eiécit illum  
<sup>44</sup> et dicit ei:  
«Vide, némini quidquam díxeris;  
sed vade, osténde te sacerdoti  
et offer pro emundatióne tua,  
quæ præcépit Móyses, in testimónium illis».
- <sup>45</sup> At ille egréssus  
cœpit prædicáre multum  
et diffamáre sermónem,  
ita ut iam non posset manifésto in civitátem introíre,  
sed foris in desértis locis erat;  
et conveniébant ad eum úndique.

Verbum Dómini.